



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648

Consideratio CLIX. De summa & ultima fiducia, quam possumus collocare
in meritis & Passione Christi Jesu crucifixi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45934)

CONSIDERATIO CLIX.

De summa & ultima fiducia, quam possu-
mus collocare in meritis & Passione Christi
Jesu Crucifixi.

*Scio quod Redemptor meus vivit - - Reposita est hac spes
in sinu meo. Job. 19. 25.*

1.

Cum patientissimus Job omni destitutus humano solatio, ulcere-
bus toto corpore plenus, & injuriis ac contumeliis à notis &
propinquis lacesitus, sederet in sterquilinio, spem in DEum
non amisit, sed se ipsum erigens, confortans, ac consolans di-
xit: *Scio quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surre-* Job. 19. 25.
turus sum, & rursum circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum,
quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt. Reposita est hac spes mea
in sinu meo. Ita dicat Christianus in omni tribulatione & angustia, ele-
vans mentem ad Crucifixum Jesum, & ad futuram æternam gloriam,
quam expectat; proinde sæpius dicat cum Jeremia Propheta: *Spes mea* Jerem. 17. 17
in DEus in die afflictionis.

2. Moyses cum se olim matrimonio jungere vellet, Æthiopiâ
duxit: *Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem ejus Æthio-* Num. 12. 1.
pissam &c. Cur hic Patriarcha, vir Deo plenus, divinorum consiliorum
particeps, Israelitici populi dux nullam aliam melioris fortunæ, formæ
& gratiæ virginem duxit in conjugem? Cur adjecit animum suum at-
que amorem ad nigellam de Maurorum gente sponsam, & velut car-
bonariam? En typum.

Moysen pulcherrimè imitatus est Christus, nam, cum humanæ se
naturæ sociavit per Incarnationis beneficium, cum unicuique anima-
rum nostrarum in sacro baptisate dixit: *Sponsabo te mihi in fide,* nun- Ofec. 2. 26.
quid Æthiopiâ duxit, non tantum speciè, sed & foedissimis colori-
bus denigratam? Et quidem Moyses Mauræ suæ nullum nitorem pô-
tuit inducere; frustra enim ab homine Æthiops lavatur, sed Christus
Dei Filius desponsatam sibi animam non tantum emundavit ab omni
labe

Exod. 4 25. labe & nigrore, quem ex viciatis majoribus, velut hæreditarium m-
lum traxit, sed etiam in splendorem regie dignitatis exornavit: *Spon-*
su: sanguinum tu mihi &c.

3. Neque hic divinus amor substitit, plus ultra progressus est; at-
que, ut solent amantes, per vulnera quoque & sanguinem, si alia via
non conceditur, ruere in mutuos amplexus: ita Dei Filius, potiunde
animæ, penetravit per spinas, flagella, virgas, clavos, hastas, crucem de-
nique & mortem, factusque est carbonariæ Virgini purpureus Sponsus,
Apoc. 1. 5. quam lavit in sanguine suo. Collige ex hoc infinitum amorem, quo dilexit
Ila. 54. 8. te Dei Filius; *In misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit Redemptor*
tuus Dominus; Collige insuper quàm magnam fiduciam in illius meritis
5. Chrysoft. ac vulneribus collocare debeas; *Si publicanus es,* ait S. Chrysoftomus,
hom. 14. in *potes fieri Evangelista, si blasphemus es, potes fieri Apostolus; si latro es, poteris pa-*
Matth. 9. *radisi colonus effici; si magus es, poteris Dominum adorare. Nec est ulla malitia,*
qua penitentia non solvatur, & per Sanguinem Jesu Crucifixi non eluatur,
& emundetur.

4. Hanc ob causam mitissimus orbis melioris Reparator Christus
non recusavit Jacobum Patriarcham æmulari, qui quatuordecim annis
Gen. 29. 20. exul patriâ Labano gravissimam servivit servitutem, & tamen Scri-
pturâ testante quatuordecim adeò anni *videbantur illi pauci dies præ amoris*
magnitudine. Una Rachel, cujus gratiâ Jacob se tam longo difficilique
servitio obstrinxit, temperavit omnes molestias, & velut saccaro ac
melle condivit falsissimos labores. Quid verò Christus Dominus?
Nunquid paria fecit? Nunquid centuplò, millecuplò majora? Conspex-
it ille animulam nostram, pulchrum opus Patris sui, cæterum jam de-
nigratam Virginem, atque in Æthiopiâ turpiter deformatam, va-
gari toto orbe per scelerum devia, in suam interitum; itaque ut hanc
Mauram vitio suo monstrosam in cælos eveheret, sacro sibi, æterno-
que connubio jungendam; ipse sidera cum terris, patriam cum exilio,
libertatem cum servitute mutavit, atque ut Apostolus ait: *Exinanivit se-*
metipsum formam servi accipiens, famulaturus Deo Patri suo pro animula,
non tantum quatuordecim, sed supra triginta ipsos annos, qui toti vi-
bantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Quis, obsecro, hic non admira-
Philipp 2. 7. randus exclamet cum obstupescente Bernharo, dicatque: *Unde tibi, o*
S. Bernh. d. *humana anima, unde tibi hoc? unde tibi tam inastimabilis gloria, ut ejus sponsa me-*
ferm. 2. in *rearis esse, in quem desiderant Angeli prospicere? unde tibi hoc, ut ipse sit sponsus*
Dom. 1. post *tuus, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur? quid retribuies Domino pro omni-*
octav. Epiph. *bus, qua retribuit tibi, ut sis socia mensæ, socia regni, socia denique thalami, ut*
introducatur te Rex in cubiculum suum? Vide jam, qua de Deo tuo sentias? Vide
quibus brachiis vicariæ charitatis, redamandus, & amplectendus sit, qui tanti te
astima-

affirmavit, quando propter te obdormivit in cruce? O Amor! ô Amor, ô infinitus Amor! quis satis æstimet te? Quis non omnem salutis suæ spem ac fiduciam collocet in te?

5. Jehu Rex Hebræorum recens electus, in currum suum triumphalem Jonadab filium Rechab elevavit: *Damnum tuam, & ille levavit* 4. Reg. 9. 15. *nam ad eum currum* En Rex tuus pendet in crucis patibulo, tanquam in curru triumphali, prout crucem vocat D. Ambrosius? En expandit hic manus suas perforatas ad te, anime mi, vult te levare in currum, & per hunc in cœlum; ergò da manum, hoc est, opera & labores, ut pro his tibi impertiat regnum cœlorum. Audi S. Macarium: *Quemadmodum* 3. Macar. *insans non novit seipsum curare, vel ornare, sed solum oculos convertit ad matrem,* hom. 31. *flens, donec misericordiâ commota illum suscipiat: Sic fideles animæ in solo Domino spem habent perpetuam.*

6. Hebræi illi peregrini, qui ex Ægypto ad terram desiderabilem volebant proficisci: *tenentes baculos in manibus celeriter manducabant pascha.* S. Gregorius Nyssenus hanc rationem assignat: *Per baculum, inquit, spes indicatur, & fortitudo tendentium in terram promissionis.* Anime mi, si vis eò tendere, provide tibi de bono baculo, qui est Crux Dominica, & spes in crucifixum Jesum, non enim frustra pro te tam indigna passus est: *Respicite filii nationes hominum, quia nullus speravit in Domino, & confusus est.* Proinde dic sæpius cum Psalte regio: *Deus meus in te confido, non erubescam.* Exod. 12. 11. S. Gregor. in vita Moysis. Eccl. 2. 17. Psal. 24. 2.

7. Ezechielem Prophetam duxit aliquando Spiritus Domini in amplissimum campum, plenum mortuorum ossibus; & ut propius ea ossa intueretur, circumduxit eum per gyrum, ut lustraret ossa illa super faciem campi, sicque vehementer; Tum Dominus ad illum: *Fili hominis putasne, vivent ossa ista?* Et ille: *Domine Deus tu nosti.* Tum rursum Dominus ad Prophetam: *Vaticinare ad Spiritum.* Vaticinare: *Hæc dicit Dominus Deus: à quatuor ventis veni Spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant.* Et prophetavi, sicut præceperat mihi, & ingressus est ad ea Spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Ezech. 37. 3.

En pulcherrimum typum novæ regenerationis peccatorum, mundus autem est amplissimus campus plenus ossibus mortuorum & peccatorum, qui coram DEO mortui sunt: *Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur;* sed benignissimus DEUS non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat. Quisquis igitur es, qui DEUM dereliquisti, licet multo tempore in peccatis hæsisisti Dei inimicus, audi consilium S. Joannis Chrysoptomi: *Cessa Deum offendere, & lacrymas funde, & ita accede, & statim invenies propitium, non adeò cupis* Ezech. 18. 4


Ginther Unus pro omnibus,

Gggg

dimit-

Psal. 135.

dimitti peccata tua, sicut ille cupit peccata tua tibi dimittere. Ipse enim, ut peccata à nobis tolleret, unigenito Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. O verba consolatione plena, quoniam in aeternum misericordia ejus, quæ dulcia verba Propheta Regius à Spiritu Sancto inspiratus in uno Psalmo vigesies septies repetiit. Igitur non simus segnes, nec moras nequamus, sed quàm primùm ex toto & sincero corde ad Crucifixum Jesum nos convertamus, ipse enim poterit nos liberare à servitute peccati, & asserere in libertatem filiorum Dei; idè de cælo descendit, carnem nostram assumpsit, de Virgine natus, conversatus in mundo, miracula patravit, mira egit, durissima passus est. Et cur hæc omnia? ut peccatores salvos faceret, inter quos ego primus sum &c.



CONSIDERATIO CLX.

De pretioso Sanguine D. N. J. Christi
Crucifixi, optimo pro liberandis animabus pur-
gantibus remedio.

In sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu.
Zach. 9. 11.

I.

Zacharias Propheta, ubi in spiritu prævidit Christum Dominum Salvatorem nostrum in carne venturum, & ut Regem mittem ac humilem sedentem super asinam, tanquam Messiam & orbis triumphatorem Jerusalem ingressurum, mox ad illius passionem & crucis mortem descendit, ubi advertit, quod ex lacu vinctos diversos proprio suo sanguine in optatam libertatem educiturus: *Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.*

Zach. 9. 11.

Cornel. hic.

Quæres hic, qualis hic lacus, & vincti illi fuerint, quos pierrimus Dominus per pretiosum Sanguinem suum liberavit, & in libertatem asseruit? R. Cornelius cum pluribus SS. Patribus, quod Zacharias